



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.
Libri Qvinqve**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1665

X. Aliæ Soc. conflictiones, & vndenam ortæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10840

non modo alteram , verūm , & tertiam quæ nulla est , maxillam potrigere .
Habent nos si vocem mittimus vindictæ cupidos ; si taceimus , confitentes
reos; vt illum in Euangelio qui ad crimen obiectum obmutuit.

Ad Societatis quoque iactationes sed ab ortu suo repetitas eæ spectant,
quibus eius fundator exagitatus est retortis præcipue in parentem , scele-
ſtis in filios molitionibus impiorum . Gabrielem Lermeum , Simonem Mi-
ſenum , Heliam Hallenmullerum , Rudolphum Hofpinianum , Pascasium ,
Arnaldum , & alios famosos effecit , collecta ex hoc argumento infamia ,
dum vitam Ignatij Ribadeneiræ opus configunt tum stolidis , & puerili-
bus ; tum hæreticis censuris ; & nomen ipsum contemptui , gesta vituperio
traducunt , quod tamē ex recens edito de vita S. Matris Teresiæ exempla-
ri , detracta ſint illa praefidia , quæ ſibi ab Ignatij filiis collata , ſuis ipsamet
scriptis profitetur . Typographi rationculæ cuiquam certò tribuerim decurta-
re libi editionem illam ea potius parte quæ Societatem attinebat , quam
alia qualibet indulgentis , quanquam & edita ſuo toto pars illa , vt sanctæ
illi perhonorifica , ita nec eſſet vel vnum apicem de cuiusquam gloria de-
cerptura . [Deo , inquit , Teresia , ſub finem capitis vigefumi tertij vitæ ſuæ]
Deo laus à quo id accepi ut quos à confessionibus habui , ſemper iis obtem-
perauerim , eſto non absque meo aliquo defeſtu , fuere autem illi ferè per-
petuo , viri Deo cari de Societate Iefu ,] & alijs quidem per annos quatuor ,
alijs ſex , decem , duodecim alijs . P. Ripalda ; & Baltazar Aluares vir Sanctus ;
Hieronymus Pérez ; Aegidius González præter , & alios , diu P. Francif-
cus Ribera qui Virginis poſtea vitam compoſuit , opus dignum authore , &
ſanctitate argumenti . Nec abſunile eſt quod in enarrandis , magni Archie-
piscopi Mediolanensis Caroli Borromæi rebus pariter auctum eſt . Earum
poſt alios ſcriptor , quæ voluit edere auctiores , inde ut potuit maximè , qua-
mente haud ſcio , Societatis excludit nomen , omnēmque illius operam in
iuuandis ſancti progressibus , eiisque Eccleſia , clauſis præterit oculis ,
quamuis ab teſtibus oculatis , particulatiſ , & diſertè posteritati tradita , vbi-
que paſſim perlegatur . At hæ profecto comitates quocumque animo
adhibitæ fuerint , placere ſuperis non poſſunt , quorum beata de coelo mens
ad defoſſam radicem ramos fructibus graues libentiffime inclinat , quaſi
gratias habitura (ut dixit de arboribus non nemo) præſtitī ſibi quo cre-
uerant alimenti . Quod ab iſpſis quoque dum viuerent , ſedulo facitatum ,
cum æterna virtutis iſpſorum commendatione attendat qui volet . ex aliquot
lineis datae ad Christophorum Rodriguez de Moya à S. Theresia Epiftola ,
qui eſſent eius in Societatem , & de Societate ſenſus [horum poterit fieri
certior ab nonnullis ē Societate Iefu qui hic versati ſunt , & probè me no-
runt , eaque ſpectarunt . Sunt enim ij , patres mei , quibus ſi quid habet
anima mea boni , poſt Christum integrè id debet . Mihi pro noſtriſ coeno-
biis non omnes probantur quæ pietati ſtudent , ſed eæ tantummodo vel
quas audiunt confitentes , vel ſuis consiliis regunt ; nec ullam à me huic uſ-
que admittam memini quæ non eſſet illis in Christo filia , nam eā video

P eſſe

X.
*Alia Soc. con-
ſtitiones ,
& unde na-
vite.*

esse præ aliis Ordini nostro idoneas; vtque ab iis eram in Spiritu, Dei beneficio educata, sic eodem accepi ut his cœnobii idem spiritus inseratur; ac si regulas ipsorum V. D. legerit, opinor viderit, Constitutionibus illorum, nostras multis in rebus consentire. Pontificio enim diplomate id obtinueram ut possem. &c. Aulæ 8. Ian. 1568. mihi quidem haec tenus periucundum fuit ea memorare quæ Sancti Ignatij beatis primordiis contulisset tum D. Ioannes Chanones Monachus S. Benedicti, tum ex S. Dominici familia nonnulli quorum ductu Manresæ regebatur, tum ex Franciscanis Iacobus de Alcantara, & Theodosius quorum Barcinone, alter ei à confessionibus; Romæ alter fuit. Ac si ad me plura in hoc genere peruenissent, plura omnino retulisse, certus, præter fidei laudem historiæ amissim, & animam; futurum me quoque acceptiorem S. Ignatio fuisse summè in eos grato, per quos in Domino profecit. Non solos autem Chemnitios sensimus, solos Osiandros, Lermes, Hospinianos, Lauzeros, Cambilonios, Misenos, & farinæ istiusmodi sexcentos, Apostasi, hæresi, laude vtraque notos; suo allatru, & probrotum honore Societatem dignatos, ut de, infestatore suo, Apostata Iuliano, Nazianzenus scribit; *felices Iesuite, se hos proferant solos institui, & fame carnifices, quod ab iis vituperantur, qui nihil unquam nisi aliquid grande bonum vituperare consueuerunt.* Sunt, nec paruo numero alij, hoc nocentiores apertis hostibus, quod eandem professi, & Christi fidem, & fortassis vitam; proferre infestum animum non possunt nisi pia velatum specie charitatis. Ipsa ordinum religiosorum dissimilis ratio, cuius tamen formosa varietas Ecclesiam vestit, illos censet interdum exerrare, quos in aliam viam Deus induxit, pari cum iis figmenti ludibrio qui antipodas cogitant inuersis capitibus terræ insistere, quod terras incolant rectâ illi terræ oppositas; uno tamen omnes, & puncto medio, & situ reguntur; *vnum quidem sic, alias vero sic.* Nec iste dissensus est, sed concors dissionarum fidium concentus. Ille Reginæ Ecclesiae ornatus, inquit Augustinus, nec de vili materia ob dignitatem, nec de vno colore ad pulchritudinem, sed *preciosus, & varius.* Ergo subdit ille, *in ueste ista, varietas suu, scissura non sit.* At eciam è contrario, ex eodem sive pietatis seu literarum ministerio natam *Schismatum mairem, emulationem, illudque volle ditescere aliena paupertate.* Quod iniquissimum dixit Augustinus, certò quidem ab illo diuinæ gloriæ studio prorsus alienum cui esse optabilius nihil potest, quācum cum ea secum parcū latius ab aliis promouetur, cum ferè in modum quo Dei gloriam enarraturi mundo cœli, veloci motu se inuicem rapiunt quo circùm lustrant vniuersum.

XI.
*Septem causa
turbarum in
Societatem.*
*Prima igno-
ratus illius
cuilibet lo-
quaci credu-
la.*

Hic si causas libet cognoscere vnde tam laua mens, affectusque in Societatem, vltro illas nobis suppeditet Iacobus Gretserus, qui ut de anatomista Herophilo Tertullianus dixit, *sexcentos exsecuit, ut naturam scri-
retur, longo saltem vnu defendenda à nobis calumnia, tentata arteria scri-
ptorum caluminantium, peruenit ad focum, causamque paroxismi quo-
tantoperè insanirent, & eam septenario numero comprehendit: prima,
tertia,*

*Reficius in
spongia.*

In Psal. 44.

Tertul.

*Serm. 91. di-
uini.*